

TRACTATUS DE
SERVITVTI
BVSTAM VRBANORVM,
QVAM RVSTICORVM PRAE-
diorum, Bartholomæi Cæpollæ Vero-
nensis, I. C. Clarissimi.

ACCESSIT NVNC PRIMVM D. MARTINI
Laudensis I. C. Repetitio ad I. Seruitutes 14.
ff. de Seruitutibus.

*Item D. Ioannis Superioris I. C. in singulas leges, quæ
sunt sub titulo ff. de Seruitutibus, Commen-
tarij succenturiati.*

Quibus ea quæ ad hanc materiam spectant, exactissimè &
absolutissimè tractantur & explicantur.

*Omnia nunc diligenter recognita, & emendatius quàm antè
in lucem edita.*

Cum Summarijs & Indice locupletissimo.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Ex Officina Ioannis Gymnici, sub Monocerote,
Anno M. D. XCVI.

Cum gratia & Privileg. Cas. Maiest.

Coll. Soc. I. N. S. V. Salm. ex dono Recem.

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI S.



VVM animaduertērem, candidē
Lēctor, sapenūmerō efflagitari à Le-
gum candidatis, Tractatum Cepol-
le de Seruitutibus, vtilitate non mi-
nus quàm vsu commendatissimum
& per quàm necessarium, cum quē
in præsentiarum nulla exemplaria
separatim prostarent, nō potui prae-
termittēre, quin eum multō quàm
ante accuratius recognitum, va-
rijsq; in locis emendatum, sub incudem reuocarem. Memor enim
meae promissae fidei, alios me plures Tractatus in lucem daturum
esse, modò rem gratam me studiosis (vt confido) facturum intel-
ligerem. Quare vt nihil suscepto à me operi decisset, quod ad hāc
ipsam materiam attineret, certò mihi persuasum habui, me non
iniquè facturum, si ad hunc Tractatum Cepollae adijcerem Re-
petitionem D. Martini Laudensis, in l. Seruitutes. 14. ff. de Ser-
uitutibus, & D. Ioannis Superioris in singulas leges, quae sunt
sub titulo ff. de Seruitutibus, Commentarium succinctum satis,
sed doctum. Quidquid igitur in hoc candidē Lēctor in tui
gratiam factum est, boni consulito. Aliàs adiu-
uante Deo Opt. Max. plura non inferio-
ris commodi & vtilitatis eadem
sedulitate daturus. Vale
24. Maij. 1596.

TRACTATUS DE SERVITUTIBVS VRBANORVM
PRAEDIORVM, BARTHOLOMAEI
CAEPOLLAE, I. V. D.

PROOEMIUM.



VI alicuius artis vel doctrinae scientiam profitentur, duo in primis memoria debent querere. Primum recte docere: quod vix quicquam adeo utile sibi & auditoribus inueniri, aut esse potest. Alterum est scribere, & quod vigilando longo tempore didicerint, id elaboratum & perfectum in

scriptis edere. Sed hoc vltimum vtilissimum semper esse existimaui: praesertim, quia pluribus atque saepius communicari potest. Quod enim voce traditur, soli auditores, & vna tantum aetate, & eo solum tempore, quo traditur, intelligere possunt: ac id etiam saepenumero ex eorum memoria delet obliuio: scripta vero, quae magis digesta esse solent, donec reperiuntur, omnes omni tempore & habere & legere possunt. Propterea ego Bartholomaeus Caepolla de Verona, qui iuris ciuilis & pontificij scientiam profiteor, licet immeritus, non solum legere atque docere in utroque iure semper mihi cura fuit, sed etiam aliquid scribere, & quod diu legendo consecutus sum, id auditoribus meis pro communi vtilitate literis tradere, laborandum esse putavi. Nec vnquam libellum, de quo iam ab alio scriptum reperiatur, scribere volui, licet nonnulli quibusdam additis & detractis id facere consueuerunt: sed ea tantum de re pro fructu maiori, de qua nemo vnquam tractatum aut libellum, quem sciuerim, scripserit. Cum igitur nullus Iurisconsultorum nostrorum hactenus

725

REPETITIO MARTINI LAUDENSIS IN L. SERVI- tutes ff. de Seruitut.

SUMMARIA.

- 1 Prædium rusticum qua ratione distinguatur ab urbano.
- 2 Seruitutum quedam causam continuam habet, quedam quasi continuam, quedam vero discontinuam.
- 3 Ususfructus an præscribatur longo tempore.
- 4 Præscriptionem longi temporis locum habere in his, pro quibus competit publiciana.
- 5 Præscripto prædio an censeatur præscripta seruitus ei coherens.
- 6 Præscripto castro an præscripta sit iurisdictio ei coherens.
- 7 Iurisdictionem potius comparari seruituti personali ususfructui, quam seruituti reali.
- 8 Seruitus usus & habitationis non præscribitur sine titulo, quemadmodum nec ususfructus.
- 9 Seruitutes negativæ ex quo tempore præscribi incipiant: & quid in alijs seruitutibus.
- 10 Titulus allegatus an probetur aut præsumatur ex patientia longi temporis. & nu. 13.
- 11 Divisionis titulus non præsumitur ex diutina possessione rerum supra modum inæqualium.
- 12 Seruitus discontinua non queritur ex longa patientia & possessione, sed necesse est allegare titulum.
- 13 Seruitutis usus processerit nec ne ex bona fide, quomodo probetur.
- 14 Præscriptio non inducitur per scientiam & patientiam eius qui vi, clam vel precario possidet.
- 15 Præscriptio seruitutis cuius patientiam requirat, an possessoris, an proprietarij, an verò utriusque.
- 16 Præscriptio rerum corporalium, in quo differat à præscriptione incorporalium.
- 17 Seruitutem non præscribi ex sola quasi possessione civili, nec ex sola quasi possessione naturali.

IOANNIS SVPERIORIS
IN SINGVLAS LEGES QVAE
 sunt sub titulo de seruitutibus, Com-
 mentarij succenturiati.

MATTHAEO PACO ET CLAV-
dio Regino, illustrissimi, augustissimiq; principis Vindo-
cinorum Ducis antecessoribus primarijs,
Ioannes Superior S.



DEDICATIONIS huius meae
 causas si scriberem, id ita facere
 magis viderer, quia mos est ita
 scribendi, quam quod ita necesse
 sit. vobis enim dico quibus non di-
 care non licet, & si liceat, non de-
 beam tamen. Nam cum in hac
 prouincia, vt & alijs multis, ve-
 stris auspicijs gerantur omnia, & bene gerantur: merito vo-
 bis debemus omnes testimonium obseruantiae in vos nostra.
 Quanquam eam, non perinde vt re ipsa est, ex cuiusquam
 scriptis perspicere potestis. Hoc meum licet obscurissimum est
 hominis, ex eo tamen spem facit non ingratum futurum,
 quod tamen si non succedit, conor tamen in re magna exhibere.
 Nihil est enim aut maius, aut sanctius, quam leges:
 si modo nobis Deus optimus maximus ratione nihil maius
 dedit. sunt enim illae à naturali lege profectae, & progressae
 longius ab ijs quorum ex prima intelligentia genera notae
 sunt, rationem perficiunt. Earum studio cum me ab hinc
 decennium dedidissimè penè puer, multis post annis cum
 aliud per aetatem non possem, tantum admiratus sum ea-
 rum dignitatem ac splendorem: & ex eo id vnum consequu-
 tus, vt in nulla re melius operam collocari putarem. Vbi
 cepit